



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiæ**

Cap. 1. Quid & quotuplex sit Interdictum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

- 6 Crimen ob quod Clericus degradatur, & seculari Iudici traditur, debet esse grauissimum. 1. Crimen hæresis, si reus pertinaciter in eo perseueret. 2. Falsatio literarum Papalium. 3. Sodomia frequentata. Calumnia proprio Episcopo irrogata, si incorrigibilitas accesserit; denique ob crimen homicidij repetitum, & crimen & enorme, & Reipublicæ perniciosum. V. C. parricidium, Magia.

## PARS QVARTA.

### De Interdicto.

#### C A P . I.

##### *Quid sit Interdictum.*

I **S**iderictum est Censura, priuans participatione Sacramentorum, diuinorum officiorum, & Ecclesiastica sepultura. Materialiter quod sit pena, conueniens cum omnibus Censuris: Formaliter autem distinguitur. Nam excommunicatio priuat diuinis Officijs, Sacramentis, &c. qui tenuis continent Sacram communicationem cum fidelibus: Suspensio priuat spiritualibus bonis, quatenus prouenient ex potestate Clericali, quæ per Censuram impedita est: at vero Interdictum priuat dictis spiritualibus bonis, quatenus habent rationem dispensationis ac participacionis; quam Ecclesia iustis de causis per Interdictum subtrahit.

2. Interdictum diuiditur in locale (immediate afficiens locum, prohibendo ne in eo sacræ illæ functiones fiant) personale (quod immediat-

afficit personas, prohibendo eis participationem Sacrarum illarum functionum.) Locale interdictum subdividiur in generale; regni, prouinciæ,) quod etiam constringit innocentes, nisi specialiter excipiuntur) & particulare ( per quod interdicitur certus locus sacer, parochia Ecclesia) excipiuntur tamen oratoria priuata.

Interdictum locale grauius est, quam personale, <sup>3</sup> quia in Interdicto locali virtualiter includitur etiam personale, sed non vice versa.

NB. Communitate interdicta possunt Clerici celebrare publice, campanas pulsare, nisi timeatur tumultus in populo.

NB. Innocentes propriè non puniuntur, sed solum per accidens, quia sunt in loco interdicto; quod si inde transeant, cessat omne impedimentum, etiam mutando domicilium.

Alia est diuisio Interdicti, in totale & partiale. To- <sup>4</sup> tale habet omnes Effectus Interdicti, partiale solum prohibet ingressum in Ecclesiam.

NB. Qui in tali partiali Interdicto moritur sine pænitentia, non est in loco sacro sepeliendus.

NB. Cui interdicta est Ecclesia, etiam Sacra menta Ec- clesiae interdicta esse censem tur, extra Ecclesiam tamen potest accipere Sacra menta.

NB. Clericus Interdictum violans, exercendo actum Ordinis, intra Ecclesiam fit irregularis.

Exempla Interdicti habes apud Innocent. I. contra Arcadium ratione Eudoxie vxoris in causa S. Ioannis Chrysostomi. Et S. Ambrosium Imperat. Theodosio ob Thessalonicensium cædem ecclesiæ ingressum interdicentem.

## C A P.